Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Decretales cum summarijs suis [et] textuum diuisionibus ac etiam rubricaru[m] continuationibus

Gregor <IX., Papst>

Uenetijs, 10.X.1498

Proemium

urn:nbn:de:bsz:31-321062

Visual Library

In nomine ſancte trinitatis amē.
Cōpilatio decretaliū gregorij.ix.

Regorius[a] epiſcop[9] ſeruus[b] ſuoꝝ dei: Dilectis filijs[c] doctorib[9] ⁊ ſcholarib[9] vniuerſis bononie[e] cōmorantib[9] ſalutem[e] ⁊ apoſtolicam benedictionez. REx[f] pacificus[g] pia miſeratiōe diſpoſuit[h] ſibi ſubditos[i] fore pudicos[k] pacificos[l] ⁊ modeſtos[m]. Sed effrenata cupiditas[n] ſui ꝓdiga[o]: pacis emula: mater litiū: materia iurgiorum: tot quotidie noua litigia[p] generat: vt niſi iuſticia[q] conatus eius ſua virtute reprimeret: ⁊ queſtiones ipſius implicitas explicaret: ius humani federis litigatoꝝ abuſus extingueret: ⁊ dato libello[r] repudij concordia extra mūdi terminos exularet. Ideoqȝ lex ꝓditur[s]: vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur[t]: per quam genus humanum vt honeſte[v] vi-

a Regorius. In huiuſmodi libri principio qnqȝ precipue ſunt prenotāda: videlicet que ſit intentio: q̄ materia: que
g vtilitas: cui parti philoſophie ſupponaꝫ: qs modus agēdi ⁊ quis libri titulus. Intētio dñi gregorij i hac pñti cōpilatione fuit diuerſas ꝯſtitutiōes ⁊ decretales epl'as predeceſſoꝝ ſuoꝝ in diuerſa diſpſas volumina ſeu compilatiōes: que difficultates ſtudētibus īgerebant: in vnā ꝯpilationē reſecatis ſupfluis ad vtilitatē legentiū ac ſtudentiuȝ reducere; put in eiuſdem dñi gregorij cōſtitutiōe euidentius declaraꝫ. Materia in h opere ſunt ipe ꝯſtitutiones: ⁊ decretales epiſtole ſub ſinglis titulis collocate. Utilitas eſt vt his lectis ⁊ itellectis ſciam⁹ diſcernē inter equū ⁊ iniquū: ⁊ vnicuiqȝ reddere qđ ſuū eſt: ⁊ in h iuſticia cōſiſtit: ut inſti. de iuſt. ⁊ iur' i pn. ⁊. xij. q. j. cū deuotiſſimā. Supponitur ethice. i. morali ſciētie: ſicut ⁊ alij libri iuris. vnde etiam dicit imperator: legibus noſtris hoīuȝ mores intendim⁹ corrigere. C. de ſecund. nup. l. j. Modus agēdi talis eſt. Diuidit eīm opus ſuum in qnqȝ partes. In prima parte tractat de ſumma trinitate ⁊ fide catholica ⁊ de conſtitutōibus de reſcriptis de iudicibus ⁊ eoꝝ officijs. In ſecūda parte tractat de iudicijs ⁊ cooperantib⁹ ad iudicia. In tertia pte tractat de vita ⁊ honeſtate clericorū ⁊ reb⁹ eoꝝ ⁊ eccl'iaꝝ. In quarta de ſponſalib⁹ ⁊ matrimonijs ⁊ ipedimentis eoꝝ. In qnta de accuſationib⁹ ⁊ criminibus ⁊ penis eoꝝ. Et ſic terminat tractatū ſuum ipm diuidens in qnqȝ ptes ad ſimilitudinez qnqȝ ſenſuū corporis: quos qlibet q iudicat habere dȝ: aliter non eſt idoneus iudex. ſic enim oīs copula ꝯiugalis reſtricta eſt vſqȝ ad quartū gradum ad ſimilitudinē quattuor humoꝝ vel elemētoꝝ corporis humani: ut. j. de conſan. ⁊ affi. non dȝ. §. ꝓhibitio. Dicens: Gregorius eps ſeru⁹ ſeruoꝝ dei ⁊c. ⁊ hic eſt libri titulus.

b Seruus. ſic ēt īperator appellat ſe ſeruū. C. de offi. pre. preto. aphrice. l. j. circa prin. vel dic ꝙ dicit ex humilitate. qꝛ q maior eſt veſtrū: fiat ſicut miſter. ix. q. iij. nullus primas Matth. xx. Luce. xxij. ⁊ Mar. c. x. vel ſeru⁹ dr': qꝛ ſicut p ſeruuȝ acqriꝫ dño. iſti. per quas perſo. nobis acq. circa pn. ita etiam per dominū papaȝ cuilibet eccleſie poteſt acqri. j. de cenſi. cuȝ īſtantia. l particula q̄ deciſa eſt de prin. j. vt li. pen. eccleſia. ij. ſic per īperatorez acquiritur hoībus. in auc. conſti. q̄ de digni. ſi. hec. a pa. po. §. illud quoqȝ. col. vj. ⁊ noctes ducit īſomnes: vt ſubiecti ſub omni quiete conſiſtant. in auc. vt iudices ſine quoquo ſuffra. ī pn. col. ij. ⁊ dicit īperator: voluntarios labores appetimus: vt qetem alijs preparemus: in auc. vt diui. iuſſi. vel ſubſcrip. habe. glorioſiſſi. q̄ſto. in pn. col. viij. ⁊. j. de reſti. ſpo. c. frequens.

c Filijs. bene dicit filijs: qꝛ ſolūmodo patriarchas archiepiſcopos ⁊ epos fratres appellat: omnes alios filios. j. de cri. fal. quā graui.

d Bononie cōmorantibus. ⁊ ita nō ī caſtris: qm̄ ſi ī caſtris ſtudeant. beneficia ex piuilegio ſibi conceſſa occaſione ſtudij habere nō debent. j. de cle. non reſi. tue fraternitatis. Preterea ex quo dicit bononie: nō videtur ꝙ alijs mittātur alibi ſtudentibus: ⁊ ſic non tenētur recipere hāc cōpilationem: qꝛ lr'e pape non extendūtur ad alios q̄ꝫ ad eos qbus mittuntur vel que cōtinentur ī eis. ar. j. de offi. dele. p. ⁊. g. ⁊. c. gratuȝ. ⁊. c. cū olim. Sed non eſt ita. omnes enim tenentur ad obſeruationē huius compilatōis: ſed propter ſtudium quod eſt bononie cōmunis ⁊ generalius precipue in vtroqȝ iure: ⁊ ibi quaſi de oībus partibus mundi ſunt ſtudentes ideo potius bononie dirigunꝫ: ⁊ ita omnes tenētur hanc cōpilationem obſeruare. que nec poſſunt nec debent ſinguloꝝ auribus intimari. xvj. di. quod dicitis. ⁊. j. de poſt. prela. ad hec. ⁊ cōſtitutio pncipis poſt duos menſes a tempore publicatōis omnes aſtrīgit. ī auc. ut facte noue conſti. circa pn. col. v. ⁊. j. de ſenten. excō. nouerit.

e Salutē. per talem ſalutationē non tollitur excōicatio: ſi aliq ſcholares vel magiſtri eſſent excōicati tempore publicationis. j. de ſen. excō. ſi aliquando. vbi de hōc. Ber.

R Ex pacificus. Primo ponit exordium in quo cōcludit finalem intentū iuris generalis. Scđo narratiōeȝ in qua oñdit finalē intentū huius ꝯpilationis ſeu iuris pticularis ibi: ſane. Tertio ꝯcludit ibi: volentes. Prima ſubdiuidiꝫ: qꝛ pmo ponit finē viatoris. i. hoīs ad quem a deo diſpoſit⁹ ē. Scđo cām deuiatōis ab hoc fine ibi: ſȝ effrenata. Tertio vt ad ōbitū finē viatoꝛ deducaꝫ ꝯcludit legē neceſſariā ⁊ oñdit tres ỽtutes ac ꝓpetates legis ibi: idqȝ lex ꝓdiꝫ. ſcđa ps ſubdiuidiꝫ: qꝛ prīo pōit euētū circa cōſtōnes eccl'iaſticas correctioni ſūmittēdas: ⁊ ponit materiā ⁊ cām ipulſiuā hui⁹ ꝯpilatiōis. Scđo ꝯcludit cām finaleȝ ibi: ad cāȝ. Tertio cāȝ coadiuuatiuā ibi: p dilecti. Quarto formalē ibi: reſecatis. Et h diuiſio ſufficit p ſūmario. Ab. ſi.

f Rex. alibi appellatur imperator. xj. q. iij. iulianus.

g Pacific⁹. q vt pacē doceret venitā mūdū. xxiij. q. j. niſi bella. regnū tñ ei⁹ nō ē de hoc mūdo. e. cā. q. iij. §. j. ⁊ in euangelio Jo. c. xviij. T. Z.

h Diſpoſuit. ſ. p ꝓuidētiā ⁊ pdeſtinationē n̄ neceſſitate: qꝛ vaſis ire ⁊c. xxiij. q. iij. nabuchodonoſoꝛ. de pe. di. iiij. §. ſic itaqȝ. ⁊ in precedentibus ⁊ ſequentibus. §.

i Subditos. i. predeſtinatos q ſi ēt peccant corā dño dicunꝫ peccare. ō pe. di. j. ⁊ venit. qui ēt ſi peccāt: nihilominus ſaluabuntur. de pe. di. iiij. ſic itaqȝ. Contra primū dictū eſt. de pe. di. iiij. §. hanc ſocietatem.

k Pudicos. i. caſtos. ſic ⁊ īperatoꝛ ſubditos ſuos caſtitatē ſeruare hortaꝫ. vñ dr': caſtitas ſola ē q̄ cū fiducia poſſibilis eſt deo aīas pñtare. ī auc. ō lenōnib⁹. §. ſancim⁹. col. iij. q̄ ſuaderi pōc. ipari do n̄ pōt. xxxij. q. j. itegritas. vñ debem⁹ eſſe pudici: qꝛ ipudic⁹ oculus ipudici cordis eſt nūcius. xxxij. q. v. nec ſolo.

l Pacificos. i. pacem cuſtodientes. vnde etiam dr': beati pacifici qm̄ filij dei vocabuntur. xxiij. q. j. noli. ⁊ Mat. c. v. T. Z.

m Modeſtos. i. tēperatos: qꝛ qlibet dȝ habere in ſe temperātiā: vt ſciat ſeruare miſericordiā ⁊ rigorem: vel ſimul vtrūqȝ. xlv. di. diſciplina. Ber.

n Cupiditas. que eſt radix omnium malorum. xlvij. di. bonorum. in auc. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. §. cogitatio. col. ij. ⁊ hoc idem inuiꝫ. de pe. di. ij. §. qꝛ radix oīum poſt illum. §. ex premiſſis. Ber.

o Prodiga. qꝛ non ſolū rerū: ſȝ etiā fame qs ꝓdigus eſt: ut habeꝫ. C. de his q pe. no. l. j. j. de ex. pre. ex litteris. ⁊ talis crudelis eſt q famā ſuā negligit. xij. q. j. nolo. ⁊ vere. qꝛ oīs etas ab adoleſcentia prona eſt in malum. xv. q. j. omnis etas. ⁊ oīs creatura ſub vitio eſt. de pe. di. ij. §. charitas ad ſi. ⁊ humana natura quodāmodo labitur ad delicta. in auc. de monachis. §. ſi qs igiꝫ. col. j. ⁊ ꝓcliuus eſt hoīuȝ curſus ad voluptatē ⁊ natura eſt imitatrix vitioꝝ. xx. q. iij. ꝓcliuus. vñ claudianus. Prodiuioꝛ vſus ī peiora daꝫ: ſȝ ī eo qđ dicit ꝓdiga vr' ſibi ꝯria lr'a iſta: qꝛ pmo dixit cupiditas. qꝛ q ē cupidus nō ē ꝓdigus. ſic ītellige: cupiditas referꝫ q̄tū ad retentiōem tpalium: ꝓdiga q̄tū ad euacuationem virtutū: qꝛ vnum expellit aliud. xxxj. q. j. cum renūciatur. Ber.

p Litigia. hoc iđ dicit: qꝛ humana natura ꝓna eſt ad diſſentiendū. j. de cōceſ. pben. qꝛ diuerſitatē. ⁊. ff. ad trebel. qꝛ poterat. ⁊ de cō. di. iiij. ſicut ī ſacramētis. ⁊. ff. de arbi. itē ſi vn⁹. §. vlt. ⁊ nouas deprop at edere formas. C. de ve. iu. enu. l. ij. §. ſȝ qꝛ diuine. ⁊ natura ītroductū eſt: vt plura ſint negocia q̄ꝫ vocabula. ff. de pſcrip. v. naturalis. vñ dicit īperatoꝛ ꝙ natura nouitates quotidie nitiꝫ īuenire: vt in auc. qbus modis naturales efficiātur legitimi ⁊ ſui. §. ſi qs vero. col. vj. ⁊ ideo nouis morbis noua ꝯuenit antidota preparari. j. de iura. calū. ceterū. ⁊ varia experimenta morboꝝ varia ſios cogūt remedia īuenire. l. di. vt ꝯſtitueret: ⁊ ꝙ medicamēta morbis exhibent: hoc iura negocijs: in auc. hec ꝯſtitutio q̄ īnouat conſtōneȝ ī pn. col. viij. ⁊ q̄ de nouo emergunt: nouo auxilio īdigent. ff. de iter. ac. de etate. §. ex cauſa. ⁊. ff. vt poſ. lega. l. plane. ⁊. ff. de ven. īſpicien. l. j. in pn. ⁊. j. de offi. delega. īſinuante. ⁊. j. de except. paſtoralis. j. de teſti. preſentiū. ⁊. c. penultimo.

q Juſticia. que ab alijs virtutibus augeri ⁊ ad maius apparere deſiderat. in auc. de referendarijs. §. ꝓpterea. col. ij.

r Libello repudij. quem olim maritus dabat uxori. j. de diuoꝛ. gaudem⁹ in ſi. ⁊. ff. de diuoꝛ. l. ij. §. in repudijs.

s Proditur. vt humana coerceatur audacia ⁊ tuta ſit īter īprobos īnocentia. iij. di. facte ſunt aūt. nā per leges nemo benefacere cogitur: ſed male agere prohibetur. xxiiij. q. v. ad finem.

t Limitetur. limes eſt agrorum diſcretio. vnde verſus. Limes erat poſitus litem vt diſcerneret agri. j. de ver. ſig. forus.

v Honeſte viuat ⁊c. hec ſunt tria pcepta legis de qbus habes. ff. de iuſti.

nat: alterū[a] non ledat ius[b] ſuū vnicuiqʒ tribuat informatur. Sane diuerſas conſtōnes[c] ⁊ decretales epiſtolas p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ in diuerſa diſperſas volumina: quarum aliq̄ ꝓpter nimiam ſimilitudinē[d] ⁊ quedā ꝓpter cōtrarietatē[e] nonnulle etiam ꝓpter ſui ꝓlixitatē ꝯfuſionē inducere videbantur. alique vero vagabātur[f] extra volumina ſupradicta que tanquā incerte frequēter in iudicijs vacillabāt. Ad cōēʒ ⁊ maxime ſtudentiuʒ vtilitatē ꝑ dilectū[g] filiū fratrē raimundū capellanum ⁊ penitentiariū noſtrum illas in vnū uolumē reſecatis[h] ſupfluis prouidimus redigendas: adijcientes cōſtitutiones noſtras ⁊ decretales epiſtolas ꝑ quas nonnulla que in prioribus erāt dubia declarant[i] volētes igi[tur] vt hac tantum cōpilatione vniuerſi vtant[ur] in iudicijs[k] ⁊ in ſcholis: diſtrictius prohibemus ne quis p̄ſumat aliam facere abſqʒ auctoritate ſedis ap̄lice ſpeciali.

Rubrica De ſūma trinitate ⁊ fide catholica.

I Inno.iij.in concilio generali.

Tractat de trinitate ⁊ ipſi[us] operibus de fide ⁊ articulis fidei ⁊ de ſacramentis eccleſie vbi etiaʒ interſerit de ordine.

⁊ iure.l.iuſticia.§.j.⁊ inſti.eo.ti.§.iuris precepta. ⁊ ſic ſunt intelligenda honeſte viuere quantum ad ſe: in his.ſ.que nobiſcum agimus: ⁊ que honeſtas circa matrimonium conſideratur.ff.de ritu nup.l.ſemper.xxx.di.nicena. ⁊ circa mores.ff.de tu.⁊ cu.datis ab his.l.ſcire.§.pe.⁊.§.vl. Ber.

a Alteꝝ nō ledat.in his.ſ.q̄ circa alios agimus: vnde illud qđ tibi non vis fieri alijs non facias in p̄n.decretoꝝ di.j.humanū genus.⁊ ī.de ma.⁊ obe.c.dilecti.

b Ius ſuuʒ vnicuiqʒ. ſiue ſit pena aſficiendus ſiue premio remunerandus.diſt.iij.c.fi. ⁊ .ī.ti.pꝛoxi.c. firmiter.§.j.in fi. ⁊ per hoc dicitur ſeruire deo ſibi ⁊ proximo. ⁊ ſūmum bonū ī vita eſt iuſticiā colere. ⁊ ius ſuum vnicuiqʒ tribuere.xij.q.ij. cū deuotiſſimam. ⁊ per hoc qđ dicit̄ vnicuiqʒ: datur intelligi qualiter debeat ſe habere erga ſuperiorē parem ⁊ ſubditū.

c Cōſtitutiones. ꝯſtitutio eſt quā p̄nceps facit proprio motu decretalis epiſtola ē qn̄ reſpondet ad ꝯſultationē.ī.de ſen. ex cō.c.ſi concubine.

d Similitudinē.idē dicit imperatoꝛ ⁊ eandeʒ cām aſſumit. C.de nouo.co.cōpo.in.ij.conſti.in prin.

e Contrarietatē.⁊ ideo cōpilatio antiqua non fuit legitime ordinata: quia nulla cōtrarietas debet eſſe in iure.C.de ve.iu. enu.l.tanta.§.cōtrariū. ideo in pre.cōpilatione nullū debet contrariū reperiri.

f Vagabant̄.quas videbitis per titulos collocatas: iſte nō erāt in antiqua ꝯpilatōe: ⁊ ſūt iſte.ī.de ſer.nō or.miramur.ī.d biga.⁊ nobis.⁊ ita de alijs.

g Per dilectū filiū fratrē raimūdū.⁊ recte ⁊ ordinate.debēt eniʒ taliter cōpilari decretales vt ordo tēpoꝝ ipſaꝝ ex illaꝝ ꝯpoſitōe ⁊ diſpoſitōe clareſcat: p̄mis in p̄mo loco poſterioꝛib⁹ in ſcđo ponēdis: vt.C.de no.co.cōpo.in p̄ma ꝯſti.in p̄n.qđ quidē ſeruat̄ in p̄nti cōpilatiōe: ſed in antiqua non: ⁊ qui eas cōponūt: non ſolū debent eſſe glorioſi doctrina legū: ſed experientia reꝝ: vt.C. eo.ti.conſti.ij. vnde per ordinationē iſti⁹ cōpilationis ſcietis quis illoꝝ quoꝝ tēpore conſtitutōes concilia ⁊ decretales edita ſunt preceſſit.

h Reſecatis.pōt ergo dn̄s papa derogare ꝯſtitutionib⁹ p̄deceſſoꝝ ſuoꝝ nō ob.q̄ par in parē nō habet īperiū.ff.de arbi.l.nā magiſtrat⁹.⁊ ē no.q: eadem perſona cenſet̄ cū eo cui ſuccedit: ⁊ nemo pōt ſibi hanc legē īponere: ne liceat ſibi a prima volūtate diſcedere.ff.de lega.iij.l.ſi qs in prin.

i Declarant̄.ī.de regula.ſtatuim⁹.que exponit illā conſulti.

k In iudicijs.ſic ergo videt̄ q̄ oīb⁹ decretalib⁹ iſtis vti poſſumus in iudicijs: q: indefinita eqpollet vniuerſali.xix.di.ſi romanoꝝ.⁊.ī.de p̄uile. q: circa.⁊.ff.de ſerui.ſicut.ff.de ſer.vr.pre.l.ſi ſeruitus: ⁊ ita non ē hic aliqua īdulgentia ſiue diſpenſatio.qđ falſuʒ ē: īmo multe ſūt: ⁊ īdulgentia non dʒ trahi ad ꝯñiā.vij.q.j.petiſti.⁊ inſti.de iu.na.§.plane dicas q̄ ꝓpter vnā decretalē vel duas aut plures nec plus nec min⁹ ē.⁊ ē ſi.de conſe.di.ij.reuera. vbi dicit q̄ oēs illi q manducauerūt de māna illo qđ pluit filijs iſrael in deſerto mortui ſūt.⁊ tū caleph ⁊ ioſue non fuerūt mortui ī deſerto.īmo ītrauerūt terrā ꝓmiſſionis.lxxvj.di.ieiuniū.⁊ ita modicū non nocet.nā modica res non īducit ſimoniā.ī.de ſimo.⁊ ſi qōnes.ar.ꝯ: q: ꝓ modica re dat̄ actio furti.xiij.q.vlt. c.vlt.⁊ pro ſex ſolidis tñ cōmittit̄ ſimonia.ī.de ſimo. ex tue fraternitatis.⁊ ꝓ vna gallina cōmittit̄ furtū.inſti.de rerū di.§.gallinaꝝ.ſo. dic in talibus affectus ⁊ ītentio ꝯmittentis ꝯſideraī.vel dicas qđ dicit ī ſcholis: refert̄ ad decretales illas que continēt īdulgentiā ſiue diſpēſationē: q: ille debēt legi ī ſcholis vt per doctrinā ſciatur vbi ⁊ quādo ſit diſpenſandū: que vero ius cōe ꝯtinēt: referunt̄ ad vtrūqʒ q: illis vtimur ī iudicijs ⁊ ī ſcholis. Si vero decretalis aliqua decetero īueniat̄ extra cōpilatōem iſtā: qđ accidit tene qđ dr̄.ī.de fide iſtru. c.paſtoralis. Hic precipit papa vt tm̄ hac compilatōe vniuerſi vtant̄. Quid erit ſi aliq vellent vti ⁊ legere prioꝛē: dico q̄ illi eſſent excōicandi q faciūt ꝯ mādatū p̄ncipis.ī.de ma.⁊ obe.ſi qs.⁊.xxv.q.j.generali.

Rica de ſūma trinitate ⁊ fide catholica. Qm̄ omne qđ non ē ex fide peccatū ē. xxviij.q.j.§.j.ad roma.xiiij. ⁊.ī.de preſcrip. qm̄ omne.⁊ ordo nr̄e reparationis a fide ſumpſit exordiū.iđ de fide ca.p̄mo ē agendū. Et qa ī fide p̄mo īſtrui debemus vt ſic ad baptiſmū creduli veniam⁹.de cōſe.di.iiij.ante baptiſmū. videndū ē ergo quid ſit fides prout hic accipitur: ⁊ quot modis accipiatur fides: ⁊ quot ſint ſpecies fidei: ⁊ quot articuli.quod premium credentiuʒ: ⁊ que ſit pena non credentium. Fides enim multis modis dr̄. Dicit̄ fides quādoqʒ idē quod ſacramentū bap.xlv.di.de iudeis.⁊.ī.de bap. ⁊ eius effec.debitum. Item dr̄ fides caſtitas thoꝛi.xxvij.q.ij.coniuges.⁊.ī.de iureiur.quemadmodū.⁊ ē vnum de tribus bonis matrimonij.e.cauſa ⁊ q̄ſtione.omne itaqʒ. Item dr̄ fides ſecuritas ſiue pactum que etiam hoſti ſeruanda ē.xxiij.q.j. noli. Item dr̄ fides quandoqʒ conſcientia.ī.de reſt. ſpo.litteras. ⁊.ī.de preſcrip.quoniā omne quod non ē ex fide.i.ex conſcia. de pe.di.iij.ꝯrat.§. Item illud ambroſij. Item dicitur fides credulitas ſecundum quam credimus id quod non videmus. fides enim eſt de re non viſa.de pe.di.iiij.ī domo. vnde etiam dicitur: fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentū. Item dr̄ fides promiſſio.inſti.de rerū di.§.vendite. Iteʒ alio modo dicitur fides collectio articulorum vt hic. ⁊.xxiiij.q.j.hec eſt fides.preterea ⁊ in pſalmo dicitur: hec eſt fides ca.quam niſi ⁊c. Item dicitur fides equitas in actionibus conſiderata.inſti. de actio.§.actionū quedā ſunt bonefidei: quedaʒ ſtricti iuris. Fides vero ſic deſcribitur ab apoſtolo in epiſtola ad hebreos: prout hic ſumitur: fides eſt ſubſtantia reruʒ ſperandarū argumentum non apparentiuʒ: ⁊ dicitur ſubſtantia ſperandaruʒ rerum: quia ſperare debemus quod dictum eſt a prophetis eſſe futurū. argumentū non apparentiū dicitur: quia per prophetias iam completas debemus habere argumentum.i. probationeʒ non apparentem de futuris cōplendis.ſ.de die iudicij ⁊ de fine mundi. Sed videtur q̄ diffinitio iſta nō ſit bona: quia vera diffinitio ꝯuertibilis debet eſſe cū ſuo diffinito.ſed hec non eſt conuertibilis q: ſpes ſimiliter eſt ſubſtantia ſperandarum rerum. vnde videtur inferendum: q̄ fides eſt ſpes quod eſt falſum. Item hec diffinitio videtur loqui tantum de futuris: cuʒ fides ſit tam de preſentibus q̄ de preteritis ⁊ futuris: eo q̄ habet ſe ad omnia. ad preterita: quia credendum eſt Chriſtum fuiſſe natum ⁊ paſſum. ad preſentia: quia credenduʒ eſt quod ipſe ſit qui in altari quotidie conficitur. ⁊ ad futura quia credere debemus ipſum venturum ⁊ iudicaturum viuos ⁊ mortuos. ⁊ ita videtur eſſe inſufficiens iſta diffinitio: ⁊ licet diuerſa tempoꝛa comprehendat: vna tamen fides eſſe videtur. vnde ſatis poteſt dici q̄ non eſt vera diffinitio. ſed quedam notificatio fidei ab apoſtolo dicta. Poteſt autē magiſtraliter diffiniri. Fides eſt voluntaria certitudo abſentium infra ſcientiam ⁊ ſupra opinioneʒ conſtituta. Scientia enim habet cognitionem: fides vero non. vnde dicit Auguſtinus: fides eſt credere quod non vides: de peni.diſtinc.iiij.in domo. Species aūt fidei ſunt due. vna eſt formata quaʒ habent boni ⁊ ſancti. eſt ⁊ alia informis: quā habent mali ⁊ etiam demones ⁊ infideles: ⁊ exiſtentes in moꝛtali peccato ⁊ fides eorum caret forma. prima eſt virtus a qua dicuntur fideles quicunqʒ baptizantur. de conſecra. diſtinc.iiij. q̄ autem apud. ⁊ talis fides dicitur informata charitate. vnde ſic poteſt diffiniri: fides eſt qualitas qua quis credit quod diligit: charitas dignioꝛ eſt penes quaʒ conſiſtit omne meritum: ⁊ eſt fons viuus cui non cōmunicat alienus: ſcilicet a fide.ī.de regu.licet in fi.⁊ de peni.diſtin.j.omnis qui non diligit.§.itē vt chriſtus ait. vnde dicitur fides noſtra eſt virtus quaʒ charitas communicatur. vnde dicit Auguſtinus: fides que per dilectionem operatur eſt fundamentum omnium virtutū.j.q.j.cum paulus. ⁊ apoſtolus ita diffinit: hec eſt fides que per dilectioneʒ operatur. de pe. diſtin.ij.§. item ſine charitate. ⁊ non ea que demonuʒ eſt: qua credunt ⁊ contremiſcunt. De fide informata charitate dicit abacuch propheta: iuſtus meus ex fide viuit. Fides noſtra eſt eadem in ſubſtantia cum fide antiquorum vt dictum eſt: quod probat euangelium. Turbe auteʒ que precedebant ⁊ que ſequebant̄ clamabant dicentes oſanna filio dauid. Diſtant tamen in qualitate: quia quod ipſi credebant de futuro: nos credimus de preterito.ſ.chriſtum natū ⁊ paſſum. Principales autem articuli fidei noſtre ſunt ſeptem ſm̄ q̄ ſeptem ſunt dona ſpirituſſancti: quos quilibet chriſtianus ſcire tenetur clerici explicite: laici implicite: ⁊ credere ſicut tenet eccleſia. ⁊ ſunt hi: incarnatio ſiue natiuitas: baptiſmus: paſſio chriſti ſiue mors eius: deſcenſus ad inferos: reſurrectio: aſcēſus in celum: aduentus eius in iudicium de quibus habes in prima conſtitutione firmiter: pro quibus Joannes in apocalypſi legit̄ fleuiſſe vbi dicitur: vidi librum ſignatū.vij.ſigillis formam imprimentibus in celo ⁊ in terra ⁊ apud inferos: ⁊ nemo fuit dignus aperire librum niſi leo de tribu iuda. Secunduʒ quoſdā theologos ſunt.xij.ar.fi.propter.xij. apoſtolos: qui eadeʒ hora inſtinctu ſpirituſſancti ſymbolū compoſuerūt vnde dicitur ſymbolū a ſyn quod eſt ſimul: ⁊ bolus quod eſt moꝛſellus: quia vnuſquiſqʒ apoſtolorū ſuum moꝛſellum ideſt partem ſuam appoſuit. ⁊ eſt aliud ſymboluʒ maius: quod cantatur in miſſa in nicena ſynodo factum propter grecos qui non credebant q̄ ſpirituſſanctus procederet ab vtroqʒ. de conſecra. diſtin.v.c.vlti.⁊ penulti. Eſt ⁊ tertium ſymboluʒ athanaſij: quicūqʒ vult. quod cantatur in prima. iſtud poteſt appellari quartum ſymbolum: ⁊ ita ſunt modo quattuoꝛ ſicut quattuoꝛ euangeliſte: ſed verius eſt q̄ articuli vero tantū ſunt.vij. de quibus dictum eſt. Premiuʒ vero credentiuʒ eſt vita eterna. Pena vero non credentium eſt gehenna perpetua iuxta illud: hec eſt fides catholica: quam niſi quiſqʒ fideliter firmiterqʒ crediderit: ſaluus eſſe non poterit. ⁊ qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſalu⁹ erit.ī.de bapti. ⁊ eius effectu: maiores. Bernardus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg